Ubi parum cum eis moratus in dietingen
villam nostram ne quasi rudmanni rerum
tangeret vespertinus divertit. Cuius
tamen ipse ei per fratrem necessaria habunde promittit.
Rudmanno autem legatorum quosdam rogante
ut de vinis ad navem male intellectis
eum in ipsinum dirigerent occurrentem
comitatu ille usque spiram abstinuit.
ibique eis se rudmanno cum vino regressio
iunxit. Kebo autem id rogatus rudmannum
apud homines purgare de vinis ipsis aggreditur.
Cui ille nichil aliud nisi publicos im-
pulsus et eversiones eius in se et fratres
suos reddit reservandos. Et ille Emiro
ait. Hesterni diei oribusque omnibus mei sep-
sit dum hoc reministi. Illudiuit tande
reges rogationes et ascensione mogo-
tie acturos. Illuc conveniunt prescripti
illi. sed et ceterorum aliqui. Vinique omne
legationis sue ekkardo astante quam
optime poterant in brevi per ordinem
absolverunt. Penuriaque loci conquesta
maxime in vino et ceteris regule sup-
tibus. Nisi solatio inquiunt invenitur.
neque sub regula neque sine regula cum
paupertatulas quas habent in medium col-
latas consumpserint. subsistere non po-
terunt. Verum hec ipsa kebo ait diu du-
rabunt. que contulerant. quod omne habere
omnium illorum sollicite scrutati. apud nemi-
nem ullius boni copiam preter caritatis
et humilitatis invenimus. Obedictio-
nem autem illorum ut vere asseram dei
virorum laudare. michi non est magnopere
cum et fratres mei episcopo dicto parciores.
numquam maiorem vidisse testati sunt. Et
otto filius ad patrem. cum vos pater iocundum
est quod audivimus. Verum decet talium compati
penuriis. maxime vero ut fame eorum
invidi et proditores videant confusi.
Et pater. Si tamen tandem aliqui unum hore con-
senserint in auxilio. qui regule peritus
aliquantum cum eis conversetur temporis.

Cum autem kebo adhec quiddam ut diceret
surgere cepisset. Heinricus illum nutu
compescuit. Et ad se accito. maurre. Noli
inquit quasi contra loqui. quia quantum eos
nunc expertus sum. nemo monachus ho-
die est in regno. qui in cone tamen vivendi
inter eos veniens. eos precedere possit
Et forsitan quisquis ille erit. aut tale
auctoritatis dei huius manus est datus.
aut tandem quo quomodo loco reffurcus
At ekkehardus. Liceat et nobis inquit o vere
vite abbatis mei aquo et ad hoc ipsum
missi sumus. quiddam loqui. Bene
et optime intulit quidem filius tuus. pe-
nuriis nostris te decere compati. Ne preterea
reatile nostre quas in medium contulimus
fuerint consumpte. absque omni regula tan-
dem famelicis tuis sit vivere. Vestra autem
maiestas tua gloriose nunc subiunxerat
peritiorem regule nobis aliquem au-
xilio dari. Allegatis vestris abbatibus
regule peritissimis. nunc ut ita dicam
initiati. petimus pater et fili. ab ipsorum aquo
iussu vestro venisse. et si in aliquo abediatis
eorum exorbitaverimus exploratum quo
quidem quidem est si ausim dicere in tam bre-
vi articulo. tertia vite pauperes viros
ingredi. et ab eo paratum multis claris
viris iunctum est. Neviorum nephitorum
aliquem abduci. Et heinricus Clamam
quidem tu inquit legationi nostre fecisti.
Cui sic precanti plures assenserant.
Et pater rem in crastinum distulit. hoc inter
cetera quam de intimo cordis protestatus.
prius se coronam suam constaturum.
quam monachos sancti galli absque solatiis
quibus regulam exequi possint dimisserum
In crastinum. Uttone magno per nocte
solito aliquo dolore tacto. cum in publicum
procedere non posset. Heinricus et kebo
domos ire dimittuntur. woremarie
in octava pentecostes iussi adesse. Ekkehardus
vero interea ut solebat aule immoratus
et rem sancti galli quamquam poterat agens.
non modice consolatus est. Hadawiga

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 610, p. p.%20417 – Computistic Texts and Tables; Lives of Saints and Martyrs; Casus sancti Galli etc. (http://www.e-codices.ch/en/csg/0610/p.%20417)